



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita XI. Charitas Proximi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

9. Si ad me, sine culpa, verbera de-  
 uenerint, æquo feram, & læto animo,  
 cogitans me peccato vnico millies gra-  
 uiora promeritum

6. Si nil dulcedinis in orationibus  
 meis experiar, perseuerabo tamen hi-  
 laris; cogitans non esse bonum accipe-  
 re panem filiorum Dei, & mittere ca-  
 nibus.

X. 7. Si contingat me ob pietatis meæ  
 exercitia, vel ob defectus aliquos, ride-  
 ri ab alijs, libenter patiar, gaudebo, &  
 in bono perseuerabo.

8. Si Parentes, vel Amici, vitæ mihi  
 necessaria denegarint, famelicus, & nu-  
 dus nudum sequar Christum, cum B.  
 Francisco dicturus confidentius; Pater  
 noster, qui es in cœlis.

9. Si contingat me aliquid propter  
 fidem pati debere, lubens id faciam:  
 imo carceres, mortemque ipsam nil  
 curauero.

MARGARITA XI.

CHARITAS PROXIMI.

*Actus.*

Diligā omnes homines, quia à Deo  
 creati

creati sunt, & quia sunt ad imaginem  
Dei facti. Optaboque omnes saluos fieri,  
& ad eam intentione sapius orabo.

2. Si potuero alicui subuenire, vel  
pecuniâ, vel vestibus proprijs, integris,  
vel attritis, faciam lubens, cum venia  
eorum, à quibus gubernor.

3. Instabo sapius apud Parentes,  
vel alios, pro Eleemosynâ Pauperibus  
dandâ, etiamsi duris verbis rejiciar.

4. Subtraham mihi aliquando re-  
ori meo gratas, vt eas, si liceat, deo  
pauperibus, vel meis socijs.

5. Si Pauperibus nihil dare possim  
corporale, spiritualement dabo eleemosy-  
nam, bene ijs precando, vel Deum pro  
ipsis breuiter orando.

6. Miseros, & afflicto cum dabitur  
ocasio consolabor, eum in finem, die-  
bus recreationis, ac festis, saepe hofpi-  
talia inuisam, ægrisque si potuero ali-  
quid deferam, vel inseruiam.

7. Ignorantes pueros orare docebo,  
aut alios in rebus fidei instruam, ma-  
xime in modo confitendi.

8. Pro Gentilijs, Hæreticorum,

Pecca-

Pecatoru  
saepe Deu  
prabo, nisi

9. Pre  
quentissi  
nitentias

eam, indi  
10. Si

videro it  
eos ad pe  
eere

11. I  
deferam  
describo

12. I  
clam p  
13. I  
poruer

14. I  
ceat, I  
bonâ

res lu  
bens

15. I  
tem e  
tiar, I  
Here

Pecatorumque aliorum conuersione  
sepe Deum precabor; nihilque mali o-  
perabo, nisi sit ad eorum conuersionem.

9. Pro Animabus purgatorij fre-  
quentissime, & orationes meas, & pœ-  
nitentiâs, & communionem Deo offe-  
ram, indulgentiasque eis applicabo.

10. Si quando dissidentes inter se  
videro iuuenes, omni curâ conabor  
eos ad pacem, concordiamque redu-  
cere.

11. Libenter alijs auxilium meum  
deferam, quacunque in re agenda, vel  
describenda, &c.

12. Aliorum vestes, aut calceos, cū  
clam potuero, expurgabo.

13. Libros meos, & si quid aliud  
potuero, petentibus lubens concedam.

14. Si quid habuero quod alijs pla-  
ceat, quodque cum meorum Parentū  
bonâ veniâ dare possim, vt imagines,  
res lusorias, res à me descriptas &c. lu-  
bens petentibus dabo.

15. Si alicuius culpa in me innocen-  
tem conferatur, lubens, silensque pa-  
tiar, memor Christi apud Pilatum, &  
Herodem.

16. Si

16. Si quid mali videro in alijs quos  
 corrigere nequeam, ex Charitate ijs dicam  
 qui possint emendare; vt peccans in ro-  
 ctam salutis viam reducatur.

17. Conabor adducere plures ad  
 confessionem, maximè generalem.

## MARGARITA XII.

## CHARITAS DEI.

*Actus.*

1. Singulis diebus ter, vel quater  
 contritionem excitabo dolens,  
 quod Deum meum, Creatorem,  
 ac Salvatorem meum, Patrem opti-  
 mum offenderim.

2. Delicias mundi in potu & cibo,  
 vanitates etiam in vestitu, & nominis  
 gloriam: aliasque carnis voluptates, vni  
 Dei amori posthabebo, spernamque,  
 contentus solum ijs quibus viuere pos-  
 sum.

3. Si se offerat occasio peccati mor-  
 talis, moriar potius, & discerpar in  
 partes, quam vt ei consentiam.